

Item multi opinantur q̄ deum secundum se nullus potest odire ergo etiam ad experiendum libertatem non potest voluntas velle malum sibi omnibus modis Sed de his tractare magis pertinet ad theologum vel moralem philosophum.

Contra hec arguitur si sensualitas non in omnibus obedit rationi sequitur q̄ sensualitas habet liberum arbitrium quia in potestate eius est obediens vel non obediens rationi.

Item sensualitas sequitur sensum interiorum sed sensus interior totaliter subditur intellectui cum intellectus sit potentia naturaliter superior.

Secundo sensualitas est nobilior intellectu ergo non mouet ipsum.

Item intellectus est immaterialis ergo non mouetur a sensu.

Tertio arguitur q̄ voluntas non mouet intellectum quia actus voluntatis est inmanens ergo nichil imprimunt in potentiam que est extra ipsum.

Item vel sensualitas libere sequitur rationem vel necessario. Si secundum ergo operatur secundum ultimum potentie. Si primum ergo potest contra plenum iudicium quod supra negatum est de voluntate. Ad hec dicendum q̄ sensualitas per assexfactionem nata est in omnibus obediens rationi nec fantasiam plene subest intellectu.

Ad secunduz negatur consequentia. ut supra dictum est de fantasmatibus.

Ad tertium solum probat q̄ voluntas in alijs non producit actum volendi.

Claus deo.

Profunde ac ingeniose questio-
nes phisicales Fratris petri de
bruxellis alias crokart ordinis
predicatorum bachalarii formati
in theologia doctissimi fausta
editione feliciter finiunt. Sū-
ptibus vero Johannis parisi-
achademie vniuersitatis pari-
sensis bibliopole. Anno ab in-
victa deitate millesimo qui
gētēsio. xxi. pridie idus Aprilis

Reuerēdo in xpō patri Fra-
tri petro de bruxellis alias cro-
kart sacre theologie bachelari-
rio formato prestantissimo et
preceptorī peritissimo. Frater
petrus de nouimago suus di-
scipulus Salutem.



Aud mediocrem mehercle tubū thomi stice veritatis asseclis intulit diligētia ac ingeniosa eluci- datiūcula tua preceptor prestantissime qua post in petri hyspani tractatulos enodatiūculas atq; aristote. dylēticā subtilissimas in ter- pretationes philosophie nostre reserare latebras atq; acutissimas questiones (in quibus preclarū īge- nitiū abunde relucet perspicacitas) varijs ex aquī natīs nostri sententijs velut apis argumentosa in presntiarum excudere elaborasti. Quāuis enim om- nium forme iudicio preclarissima doctoris nostri cuius doctrinam insignis ille theologice discipline professo; gaudefridus non immitito sal terre vocat) in oēs stragirite peripatethicoꝝ facile principis libros extat commentaria huiuscē. tamen tempesta- tis phisice eruditiois alumnos (dij immortales) modica afficere voluptate videntur illa siquidem qui per questiunculas varias atq; sophisticas im- portunitates pcedūt ingenti hñtūr in precio nil ei meliꝝ q̄ disputationis dēte contritum sciri autu- māt hinc parisiensi nře achademie p̄ ceteris gymna- sis summū dec⁹ cumulatū cē afferit ut omni in phis- genere resolutissimos atq; profundissimos partu- riāt. Quamobrem vehementi animo (cui ut salu- stio placet non satis feitinatur nostro in naturali philosophia editiones huiuscēmodi pro veritatis nostre quā profitinur munimē cōspicere exoptauit est siquidē illa philosophia cui⁹ cicero in eo q̄ de se neectute iscribitur libro (ut arbitror) meminit. Nūq; īquit satis laudari poterit phisica cui quis parcat omne tempus vite sue sine molestia possit degere. De- est quippe amaritudo a conuersione illius ac tediū a cōuictue eius vnde nobis phisica insudātibus te pre- ceptore nostro medius fidius qđ in sardo dormitan- rib⁹ euenit ut videlicet anni ītercapedo instar mo- menti videref nec mirum tota namq; iocunditatis materia ibi ministrat vera in genī principia circa que p̄scrutanda q̄ varia fuerit sapientuz sententia liquido in primo de phisico auditu ostēdīt / reseran- tur. ac illa ingenua intellectualis natura aīa sc̄z ra- tionalis / que in trinitatis orizonte locanda venit / per oīm actionū suarū genera per pulchritudine dignos- tur. Quid amplius morore. Creaturaz motibus in illam īmobilem / ac infinitam intelligentiā primam